SAMMELHANDSCHRIFT MIT THEOLOGISCHEN TEXTEN
um 1455/1460 (Wasserzeichenbefund) Seite 282r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36925
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Miraculum de septem gaudiis beate virginis

Quam acceptum sit obsequium beate virgini et quam gratum gaudia eius honorare
In quodam sacrificio beate virgini devoto est demonstratum
Qui sollicitus erat gaudia beate virginis crebro recogitare
Et orationibus et canticis prout potuit devotus honorare
Hic quidam tempore egritudine correptus cepit infirmari
Et pacta sua recogitans cepit anxius contristari
Heu inquit mihi misero quid dicam ac quid respondebo
Cum ad districtum examen supremi iudicis pervenero
Ubi exigitur ratio a me omnium operationum mearum
Omnium verborum cogitationum temporum et negligentiarum
Et ecce improvise matrem domini et matre ad venire conspiciebat
Que leto vultu et illari voce eum consolans dicebat
Gaude fili mi dilecte gaude et noli tristari
Quia ecce venio te in extrema necessitate tua consolari
Obsequium mihi valde magnum et gratum sepius prestitisti
Eo quod gaudiis meis tantum honorem tam crebro exhibuisti
Gaudium enim mihi magnum quod mea gaudia recitantur
Et decantari quod audiuntur et cogitantur
Et quia tam devote crebro honorasti mea gaudia
Ego honorabo te et perducam te ad eterna gaudia
Quapropter demus gaudia beate virginis libenter honorare
Et sequentes orationes legere et fuerunt decantare